



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Gradatio mixta, cum Epanodo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

huic extirpentur radicitus : huic speciosa fa-
cies est: potest formosus mendicus esse; Re-
liqua membra inuolida sint, vt fortunæ ini-
quitas in beneficia sua fauentis, magis ho-
minum animos peruellat. Sine satellitibus ty-
rannus calamitates humanas dispensat.

Gradatio mixta, cum Epanodo.

Cornelij Hispani P.
11. cont. 1.
n. 30.
Homo est: non vis ali hominem? Cuius est:
non vis ali ciuem? amicus est: non vis ali a-
micum: propinquus est: non vis ali propin-
quum? sic peruenitur ad patrem. Homo
est, cuius est, amicus est, propinquus est.
Ergo non erit vitium porrexisse supem, nisi
dixero pater est.

Pempeij Sileni p.
14 n. 10.
l. 1. cont. 2.
Tu Sacerdos: quid si tantum captus: quid si
tantum prostituta: quid si tantum homicida:
quid si tantum rea fuisses?

Interrogatio.

Argentar. sen lib 1.
cont. 1 p.
n. 50.
Accessit, inquit, ad me pater obrutus, for-
didus, tremens, deficientibus membris: roga-
uit alimenta. Interrogavos, iudices, quid
facere oporteat? Nam istum non interro-
go: scit quid facturus sim: nam patrem, vt al-
teri patri faciam iniuriam, alteri inuidiam.
Cum veruisset me alimenta prestare, si qua
est fides, non putavi illum ex animo vetare.
Lenocinatur, inquam, gloriæ meæ, vt videar
etiam prohibitus aluisse.

Ad significandum fratrem odium

Emphasis.

Syriac. li. 1.
p. 13. n. 20.
cont. 1.
Vos, iudices, audite, quam valde egerim,
fratrem rogavi.

*Figura constans obscuris sententijs
per Metonymiam.*

Fulvij Sparfi Sene-
ca p. 14. n.
10. l. 1. cont.
2.
Quid inclusa feceris, nec querere debemus,
nec scire possumus.

Epistrophe nobilis cum Antithesi.

Cornelij Hist. cont.
2. p. 14. n.
10. l. 1.
Sacerdoti pro libertate vota facienda sunt:
captiuæ mandabitur: pro pudicitia vota
facienda sunt: prostituta mandabitur: pro
militibus vota facienda sunt: isti manda-
bitur: Id enim deerat, vt templa eas recipere,
quas, aut carcer, aut lupanar eiecit.

Antith.

Mento Se.
nec. cont. 2.
p. 14. li. 1. n.
30.
Non potest in ea sperari Sacerdos, in qua
sperari meretrix potest: Alijs oculis virginem
leno æstimat, alijs pontifex.

Paralepsis cum descriptione, &

Apostop. si.

Describam aunc ego pendentem fluctibus.

carcerem, & catenas macie mea laxatas, & detritam lateribus meis conficiam malorum carinam, & obrutam perennibus tenebris feralis loci cruentam cœcitatem? Ista vero, si quid pudoris habeo, tacenda sunt.

*Prosopœia, cum Hypotyposi,
& reticentia.*

Non dignum illud spectaculum latronibus erat, cum pater, filiiisque de vinculis contenderent, & sibi quisque carcerem vindicaret. Ego iam visu defendebam meum, & in his annis tam maturam mortem asserbam. At ille contra, ego te in calamitatibus deseram? Ego alligatum relinquam: & quodammodo ad matrem redibo, quæ misera desiderio tui dies, noctesque fletibus iungit, quæ vivere sine te non potest? Non dicebat tamen omnia, & cum assiduus plangens, & irrequietas diceret lachrymas, adjiciebat, iam pater cœca est, fortasse si redieris, videbit. In summa, non recedo: fas est me etiam inuitis parentibus bene facere. Non recedo, si perseveras, demus piratis lucrum. Aut vicarius ero, aut comes. Quantum inter hæc fleuit? Quandiu cecidit oculos suos? Si perseverassem, deos ex cœcaueram. Obstupuerunt pietate tanta, etiam latrones, & per immobiles ante vultus fletus cucurrit. Non tenuissent fortasse iuuenem, nisi redempturos parentes talem filium credidissent. Ipse in se transtulit ferreos nexu, & hilarior alligatus est filius, quam solutus est pater. Supremum tamen, & nefas in æternum, me iam catenatis manibus amplexus, postquam mei cura discesserat, matrem, inquit, tibi per hæc merita commendo. Tu illam tuere, defende, ama, ne relinquas sic paria faciemus.

Abacta est à perituro prima mater, & modo sedula ministeria seruorum repente mutata sunt in mortis officia. Detrahuntur tremantibus velamenta membris, & vt grassaturas manus totum corpus admitteret, nudatur miserabilis, ac defenda macies. Toto deinde tenditur toro, & ad immobilem, rigidamque patientiam per omnia lectuli spacia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telum, non quo dextra statim torum vultus imprimeret, sed quod leuiter, paulatimque descendens, animum in confu-